

denter, nos litteras magnifici principis domini magni dei gracia sueuorum gotorumque regis vidisse et diligenter inspexisse tenorem qui sequitur de verbo ad verbum continentes Magnus dei gracia sueuorum gotorumque rex &c. *Se N. 1006.* Nos igitur eandem donacionem predicti domini magni regis bone memorie rite et racionabiliter factam. per neminem. cuiuscunque conditionis aut status existat sub obtestacione diuini iudicii vlllo vnquam tempore reuocandam. virtute presencium confirmamus. et colore seu verborum forma. non obstante ipsam. perpetue duracioni per nos et nostros successores. premissa racione solidamus, In cuius facti. euidentiam pleniorum sigillum nostrum presentibus est appensum Datum searis Anno domini. M^o CCC^o XLVII^o sabbato proximo post diem Luce ewangeliste.

På frånsidan: Vidisse super Wætorscogh bierghsiælfuarydh Wartoffta heret.

Ett stycke af Konungens stora sigill finnes i behåll.

4255.

1347 d. 22 Oct.

Wårfruberga.

Riddaren Anund Finvidssons enka GUNHILD HEMMINGSDOTTER arrenderar af Wårfruberga kloster, mot en årlig afgift af 12 tunnör spanmål och 12 öre penningar, 6 öreländ i Horn, Rytterns socken, och 2 öreländ i Hornby, Kolbäckes socken, i Westmånland, hvilka hennes man för sin själ testamenterat till benådla kloster, och förbinder sig att, ifall hon träder i nytt gifte, genast återställa dessa gods till klöstrets disposition. (Jfr. N. 3708).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Gunnildis Hæmings doter relicta domini Anundi Finwýdhsson bone memorie. Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium recognosco me vnam marcham terre. videlicet sex oras terre in Horne parochia rýtro, et duas oras terre in Hornby parochia kolbee Arosiensis dyocesis, quam dilectus maritus meus predictus monasterio montis beate virginis, ob remedium anime sue, vbi suam elegit sepulturam testamentaliter legauit. a. abbatissa que nunc est, seu pro tempore fuerit et conuentu ibidem, pro duodecim thýnnonibus annone, et totidem oris denariorum monete nunc currentis locacionis titulo conduxisse. Annis singulis quamdiu dictam marcham terre tenuero in festo sancti martini episcopi. eisdem abbatisse et conuentui, cum debita promptitudine sine aliqua reclamacione cum ipsa predia habere desidero, pro earum voluntate integraliter exsoluendis, Si uero in posterum cum aliquo copulam matrimonialem contraxero, copula autem peracta, extunc promitto me vera fide prefata predia nullo adinuencionis ingenio pro eisdem dominabus de cetero occupandi, sepefate igitur domine pensione exposita, per me soluta, vt prefertur, predia antedicta potestatem habeant pro suis

vsibus inmediate reuocandi, In cuius rei euidentiam firmiorem sigillum meum vna cum sigillis venerabilium patrum domini fratris Egysli episcopi arosiensis. domini sigmundi episcopi strenginensis. býrgeri alguzson et filii mei karissimi arnvidi kýætílsson duxi presentibus apponenda Scriptum in claustro predicto Anno domini M. CCC. XL septimo crastino vndecim millia virginum.

Sigillen: N. 1, 2 krossade, i röda sammetskapsler; N. 3—5 borta, remsorna qvar.

4256.

1347 d. 26 Oct.

Avignon.

Påfven CLEMENS VI, som medgifvit Konung Magnus att utse personer för tillsättande för en gång af någon ledig eller ledigblifvande lägenhet eller tjänst vid hvardera af de sex domkyrkorna i hans riken, befaller Abboten i Warnhems kloster att i sina befattningar insätta de af Konungen sålunda nämnda personer, om de inom bestämd tid hafva antagit kallelsen, och skydda dem i deras besittningsrätt.

P. A. Munchs afskr. ur Vatikanens arch. i Rom. *)

Clemens &c. dilecto filio .. Abbati monasterij Wernem Scarensis diocesis salutem &c. Dum diligenter attendimus et paterna meditatione pensamus Carissimi in christo filij nostri Magni regis Suetie jllustris preclaram excellentiam meritorum, sincereque deuotionis feruorem et Reuerentiam filialem quod (!) idem Rex ad nos et Romanam ecclesiam gerere noscatur, Dignum reputamus et congruum ut personam suam illa plenitudine gratiarum et prerogatiuis specialibus prosequamur, per quas etiam illis qui sibi studio deuotionis assistunt, se reddere ualeat gratiosum, Volentes itaque premissorum intuitu eiusdem regis honore [α: honorare] personam et per honorem sibi exhibitum alijs etiam prouideri, discretionis tue per apostolica scripta mandamus quatinus hac uice auctoritate nostra singulas dignitates uel singulos personatus seu singula officia cum cura uel sine cura Sex ecclesiarum cathedralium in Regnis et terris Regis eiusdem consistentium quas idem Rex ad hoc duxerit eligendas sique uel siqui aut siqua in eisdem ecclesijs tunc uocabant uel cum extunc uacaerint, quas aut quos uel que singule sex ydonee persone quas ad hoc idem Rex tibi nominauerit per se uel procuratores suos ad hoc legitime constitutionis [α:—tutos] infra vnus mensis spatium postquam personis uel procuratoribus ipsis de illarum uel illorum uacatione constiterit, acceptarint conferendas uel conferendos aut conferenda singulis personis eisdem post acceptationem huiusmodi, collationi tue, eadem auctoritate reserues, districtius inhibendo locorum ordinarijs ac dilectis filijs Capitulis ecclesiarum ipsarum seu illi uel illis ad quem uel ad quos in dictis ecclesijs dignitatum uel personatum ac officiorum

*) Clement. VI. Comm. an. 6. L. 3. p. 1. f. 157. v. ep. 13.